

**7459** Val. Maxima mater | domnipredia<sup>1</sup> Val.<sup>2</sup> | dulcissima filia, | que vixit annis XXXVI men. II d. XII, in prediis suis masse Mandelane<sup>3</sup> sepulturum | Hercules<sup>4</sup>, quesq.<sup>5</sup> n.<sup>6</sup> pace.

*Vicovarii ad Aniem, rep. ut videtur ad confluentes Anienis et Digestiae (Licensa) rivi (XIV 3482 vidi). — 1) Cf. domnpraedius VI 592, 30965. — 2) Valeriam, posuit videlicet (Valeriae cognomen ut videtur omissum). — 3) Nomen habuit a Mandela pago, quem memorat Horat. ep. 1, 48, 105. — 4) Haec obscura; fortasse pertinent ad nomen massae. — 5) Quiescit, 6) in.*

**7460<sup>a</sup>** [est hoc monumentu]m Marci Vergilei Eurysacis, pistoris, redemptoris, apparet<sup>1</sup>.   **7460<sup>b</sup>** est hoc monumentum Margei (sic) Vergilei Eurysacis, | pistoris, redemptoris, apparet.   **7460<sup>c</sup>** est hoc monumentum Marci Vergili Eurysac[is].

*Romae, ad bivium viarum Praenestinae et Labicanae, iuxta portam moenium Aurelianorum Praenestinam (hodie Maorem), in monumento quod diu comprehensum fuit turri aliqua cum porta illa coniuncta, qua turri deiecta apparuit anno 1838; tituli scripti in tribus lateribus monumenti, quartum latus paene totum perit (I 1013—1015. VI 1958; Ritschl tab. LXXXVIII; Ann. inst. arch. 1838 tab. M). In zophoro monumenti opus anaglyphum quod pistrinum repreäsentat et panis coctionem, aliaque ad rem pistoriam pertinentia (Mon. dell' Inst. II tab. 58, enarravit Jahn ann. l. c. p. 240 seq.). De structura monumenti Canina ann. l. c. p. 219 seq. Inscriptiōnem versibus (Saturniis) conceptam esse vel saltem versus fieri debuisse plerique putant; cf. Ritschl opusc. 4 p. 749; Buecheler carm. epigr. 45. — 1) Magistratibus apparuit (sic intellegit Mommsen; alii minus recte ita accipiunt, spectanti ornamenta monumenti apparere, Eurysacem pistorem redemptorem fuisse).*

**7460<sup>d</sup>** fuit Atistia uxor mihei, | semina opitura (sic) veixsit, | quoius corporis reliquiae | quod superant sunt in | hoc panario.

*Romae, rep. ad monumentum Eurysacis (N. 7460<sup>a</sup>), tabula marmorea arcum quadratum, panarium ut videtur, referens (I 1016. VI 1958; Ritschl LXXXVIII<sup>d</sup>). Ad uxorem Eurysacis pertinere putant, quin etiam in ipso monumento Eurysacis tabulam collocatam fuisse putavit Canina (ann. inst. arch. 1838 p. 237). Haec quoque inscriptio versus adfectare videtur (Ritschl opusc. 4 p. 750; Buecheler 44).*

**7461** . . . Ogulniu[s] . . . . | pistor simi[laginarius]<sup>1</sup> | amicus.

*Romae, ibidem ubi N. 7460 (I 1017. VI 19842; imaginem Ritschl tab. LXXXVIII<sup>e</sup>). — 1) Praenomen sine dubio in alio lapide iuxta positio. — 2) Cf. Plin. h. n. 48, 79. Diversi pistores siliginarii, quorum corpus supra N. 3816. De aliis collegiis pistorum vide supra N. 1242, 7269 (cum not. 2).*

**7462** C. Iulius Aug. liberti | libertus Eros | pistor candidarius<sup>1</sup> | per annos quos inter | mortales fuit ante eum diem | qui fuit VI idus Mai. vixit | annos I. Huius sacravit | Iulia Glaphyra colliberta | et praestitit officia | M'. Aemilio Lepido T. Státilio Taúro cos.<sup>2</sup>

*In agro Albano (prope Castel Gandolfo) rep., est Romae (XIV 2502 vidi). — 1) Alius pistor cand. XII 4502. — 2) A. p. Chr. 41.*

**7463** dis manibus | M. Iuni Pudentis | pistori magnario<sup>1</sup> pepiano (sic)<sup>2</sup> | Claudia Earine | coniugi karissimo et sibi fecit, | cum quo